

Narrabo nomen tuum fratibus meis (Psal. xxi, 25); et : Ite, nuntiate fratibus meis (Matth. xxviii, 10). Denique filius Mariæ, frater noster est; et consequenter etiam Maria mater nostra est. O quid Mariæ debemus! Per Mariam Deus factus est Pater noster, quia per illum Dei Filius factus est frater noster. Per Mariam Deus creator noster factus est Pater noster; per Mariam Deus judex noster, factus est frater noster. Quid jam timendum nobis est, quando index noster est frater noster; et judicis nostri mater, est etiam nostra mater? Si propter peccata nostra nobis forte iratus est judex noster, non desperemus, quia ipsius mater est etiam nostra mater. Placet ergo pia mater pium filium reis filii; reconciliet bona mater iratum fratrem fratibus misericordis. Scripsit de ea quidem bonus servus ejus, ille scilicet jam supra sepe memoratus, dominus Anselmus, in quadam oratione ad eam facta, hoc modo :

« Meminimus, inquit, et meminisse delectabile est, quomodo apprens cuidam servo suo in extremis agenti, et interrogans utrum cognosceret, cum ille, Minime, domina, tremens responderet, quam dulciter ei dixisti : *Ego sum misericordia mater.* Apud quam ergo rectius et confidentius miseri calamitates suas deplorabunt, quam apud te, que meruisti mater existere ejusdem Redemptoris et Judicis nostri? Te præfiguravit illa aurea, in qua Deo jubente positum est manna, panis scilicet angelorum, quem per te manducavit humana natura. Hunc ergo panem, pia mater porrigere esurientibus filiis tuis, et ut illum digne percipere possint, sana in eis palatum interioris hominis. Quamvis enim ipse Filius tuus dicat : *Qui mandu-*

catur carnem meam et biber sanguinem meum, in me manet et ego in eo (Joan. vi, 55) ; terret nos tamen multum quidam de capite eius dicens : Qui manducat et biber indigne, iudicium sibi manducat et bibit (Cor. xi, 29). Scimus enim revera tanti mysterii nos prorsus fore indignos, qui in multis enim offendimus. Ideoque licet cum desideremus, tamen conscientia intrinsecus graviter remordente, eum suscipere formidamus. Sed ad te confugientes, media-trix nostra, quae est post Deum sp̄s sola, tibi peccata nostra confitemur : teque inter nos et Deum mediatrix et interventricem fieri exoramus. Sed quid miseri faciemus? Augustini nos premunt undique. Cum enim Dei Filius offendimus, utique etiam matrem eius quam ipse multum diligit, pariter offendimus. Quomodo ergo Filio reconciliari petimus per matrem, qui similiter offendimus matrem? Sed quia utrumque offendimus, ad utriusque misericordiam recurrimus, et alteri per alterum reconciliari exoremus. Bona ergo mater, reconcilia bono Filio tuo reos filios tuos. Bone frater, reconcilia bona matre tue reos fratres tuos. Bonis tu, et bona tu; dulcis tu et dulcis tu. Bone ergo Domine, et bona domina, dulcis frater et dulcis mater, obsecramus misericordiam vestram, quatenus sic praesens festum Natalis pii fratris et partus piae matris, sic nos recolere concedatis, ut per illud festum ad aeterna festa nos perducatis, ubi vos videamus, videntes gaudeamus, gaudentes collaudemus per omnia secula saeculorum. Amen.

C *Hic liber sanctæ Mariæ de Casa Dei (1) scriptus anno Incarnationi verbi millesimo centesimo quadragesimo nono.*

(1) Nunc Viconia, cœnobium ordinis Præmonstratensis.

HERMANNI ABBATIS DE MIRACULIS S. MARIAE LAUDUNENSIS ET DE GESTIS BARTHOLOMÆI EPISCOPI ET S. NORBERTI LIBRI TRES.

Vide Patrologia tom. CLVI, col. 961, Append. ad Guibertum Novigentinum.)

MONITUM IN OPUSCULUM SUBSEQUENS.

(Dom. Lucas d'Acuery; Spicil. edit, de la Barre, tom. II, pag. 888.)

Narrationem sive historiam restorationis Tornacensis monasterii S. Martini, perantiquæ fundationis ord. S. Benedicti, quam damus in lucein, accepimus a longe eruditissimo et antiquarum rerum peritissimo carmelita discalceato Josepho Ignatio a S. Antonio, ex illustriss. familia toparcharum de Rebec oriundo,